

Cyphodema instabile Luc. — Haud rarum.

Camptobrochis punctulata Fall. Reut. —
" *lutescens* Schill.

Liocoris tripustulatus Fabr.

Deraeocoris rutilus H-Sch.
" *schach* Fabr.

Deraeocoris trifasciatus L. var. *imitator* Horv. — Supra subtusque pallide aurantiacus; articulo primo antennarum, capite (maculis duabus verticis exceptis), callo thoracis antico, macula parva in medio marginis apicalis corii, apice cunei femoribusque nigris; antennarum articulo secundo, apice clavato excepto, aurantiaco, articulis duobus apicalibus, rostro, membrana, tibiis tarsisque ut in forma typica. ♀.

Colore pallido *D. olivaceum* Fabr. imitat, a quo tamen notis specificis bene divergit.

Deraeocoris trifasciatus L. var. *ultramontanus* Gredl. — Totus niger; vertice, tibiis tarsisque ut in forma typica pallido-pictis; articulo secundo antennarum, apice clavato excepto, flavo-testaceo vel toto nigro. ♀.

Ad hanc varietatem a Dom. V. M. Gredler e Tyrolia meridionali descriptam (Verhandl. der zoolog.-botan. Gesellsch. in Wien: XX. p. 94. et XXIV. p. 556.), sed etiam in Hungaria captam pertinet femina unica, quam cum varietate præcedente legit Dom. Pável.

Deraeocoris scutellaris Fabr.

Orthocephalus brevis Panz. ♀

" *saltator* Hahn. ♀

" *minor* Costa. ♀

Pachycyphus lineellus Muls.

Thermocoris Munieri Put.

Harpocera hellenica Reut. — Hucusque tantum in Græcia lecta.

Excentricus punctipes Fieb. — Etiam Rossia meridionalis incola.

Utopnia torquata Put. — Species hæc e Syria descripta prope Brussa sat frequens videtur.

Fam. PELEGONIDAE.

Pelegonus marginatus Latr.

Fam. CORISIDAE

Corisa Geoffroyi Leach.

Termisretrajri Füreték. VII. (1883): 21-30

Hemiptera

on competer

catalogued

+ types sec.

The Cook-Baker Library
of the Department of Biology
Pomona College

HETEROPTERA ANATOLICA

IN REGIONE BRUSSAE COLLECTA

enumeravit

Dr. G. HORVÁTH.

Dom. EDUARDUS MERKL, coleopterorum scrutatur assiduus, iter entomologicum in Asiam Minorem anno 1882 suscepit ibique signanter in Anatolia in vicinis Brussæ plagis mensibus Majo, Junio et Julio inter alia insecta Hemiptera Heteroptera quoque collegit. Hemiptera hæc mihi benevole communicata stricto scrutinio subjei et indicem eorundem subnexum, novarum aut minus cognitarum specierum descriptionibus auctum, confeci.

Indici huic illas quoque species inserui, quas anno adhuc 1870 mensibus Majo et Junio Dom. JOANNES PÁVEL, Musæi Præsentialis Hungarici budapestinensis collector, ibidem legit, quæve de præsentis in fato Musæo conservantur.

Fam. PENTATOMIDAE.

Coptosoma anaticum n. sp. — Nigrum, cœruleo-ænescens, nitidum, remote subtilissimque punctulatum; capite brevi, ante oculos semicirculari, tylo percurrente et apice fortiter angustato; limbis lateralibus angustissimis thoracis tantum apud marem flavis; limbo costali hemelytrorum, margine angusto ventris, coxis, geniculis imis, apice tibiæ basique tarsorum flavo-ferrugineis; articulis tribus basalibus antennarum (apice articuli tertii excepto) maculisque obliquis callosis intramarginalibus ventris flavo-testaceis; pectore opaco. ♂. ♀. Long. 3½—4¼, Lat. 3—2½ mill.

Specimina duo legit Dom. Pável.

C. globo Fabr. valde affine et simillimum, minus convexum statura latiore, nitore cœruleo-ænescente, capite nonnihil brevior et marginibus lateralibus angustis thoracis saltem apud marem flavis divergit.

Geotomus punctulatus Costa var. *laevicollis* Costa.

Brachypelta aterrima Forst.

Gnathoconus albomarginatus Fabr.

Tritomegas dubius Scop. et var. *melanopterus* H-Sch.

Sehirus cypricus Dohrn. — Ovalis, aterrimus, subnitidus, fortiter punctatus; capite plano, ante oculos fere parabolico, jugis apice haud contiguis, tylo percurrente; thorace disco transversim leviter impresso, pone hanc impressionem minus dense fortiter punctato et praeterea punctis minutissimis et aegerime distinguendis praedito; membrana nigra; laminis prosternalibus antice paullo elevatis et rotundato-arcuatis; articulo secundo antennarum, rostro tarsisque testaceo-ferrugineis. ♀. Long. 9¹/₂, Lat. 5¹/₂ mill.

Sehirus cypricus Dohrn Stett. Ent. Ztg. XXI. p. 101. 5. (1860).

Species capite haud reflexo, tylo percurrente laminisque prosternalibus antice haud angulato-elevatis ab omnibus congenericis mox distinguenda. *S. ovato* H-Sch. similis, statura nonnihil angustiore, thorace postice minus dense fortiter punctato notisque jam allatis bene differt.*

Sehirus luctuosus Muls.

Odontotarsus grammicus L.

" *irroratus* Horv. — Etiam in Moræa (Cumani) occurrit.

Psacasta exanthematica Scop.

Psacasta (Cryptodontus) rugulosa n. sp. — Albido-grisescens, crebre distincteque fusco-punctata et rugulosa, fere calloso-rugosa; marginibus lateralibus capitis ante oculos nonnihil sinuatis, jugis apice contiguis; thoracis marginibus lateralibus anticis totis rectis, lobo antico disco rugis nonnullis transversis instructo; scutello pone medium haud tuberculato-elevato, tantum gibboso, carina mediana obsoletissima; metastethio ubique aequaliter punctato. ♀. Long. 6, Lat. 4¹/₂ mill.

Feminam unicam legit Dom. Merkl.

* Species generis *SEHIRUS* hoc modo dispono:

- 1 (2). Capite plano; jugis apice haud contiguis, tylo percurrente; laminis prosternalibus antice humilioribus et rotundato-arcuatis. Long. 9¹/₂ mill. — *S. cypricus* Dohrn.
- 2 (1). Capite antice reflexo; jugis apice contiguis, tylum includentibus; laminis prosternalibus antice rectangularibus.
- 3 (4). Capite brevior, semicirculari, apice fortiter reflexo, integro, haud inciso et fere rotundato-truncato. Long. 8¹/₂—9¹/₂ mill. — *S. ovatus* H-Sch.
- 4 (3). Capite nonnihil longiore, ante oculos sensim angustato, fere parabolico, apice inciso.
- 5 (6). Corpore oblongo-ovato, aterrimo, subnitido, fortiter punctato; capite antice modice reflexo et inciso. Long. 9—11 mill. — *S. affinis* H-Sch.
- 6 (5). Corpore ovali vel ovato, nitido, fere aeneo-nitente, subtiliter punctulato.
- 7 (8). Major; capite apice fortiter reflexo et inciso, limbo reflexo fusco-ferrugineo; thorace postice vage punctato. Long. 8¹/₂—9 mill. — *S. morio* L.
- 8 (7). Minor; capite apice modice reflexo et inciso; thoracis lobo postico dense distincteque punctato. Long. 6—8 mill. — *S. luctuosus* Muls.

P. neglecta H-Sch. simillima, corpore superne distincte ruguloso, capite longiore, hujus marginibus lateralibus ante oculos nonnihil sinuatis, marginibus lateralibus anticis thoracis totis rectis nec non metastethio ubique aequaliter punctato distinguenda.*

Eurygaster maura L.

" *hottentotta* Fabr.

Odontoscelis fuliginosa L.

" *dorsalis* Fabr.

✓ *Ancyrosoma albolineatum* Fabr.

✓ *Graphosoma lineatum* L.

✓ *Derula flavoguttata* Muls.

✓ *Sciocoris macrocephalus* Fieb. — Sat frequens.

✓ " *sulcatus* Fieb.

✓ " *terreus* Schrank.

✓ *Doryderes marginatus* Fabr.

✓ *Mustha spinosula* Lef. — Ad truncos *Cupressus pyramidalis* frequens.

✓ *Apodiphus Amygdali* Germ.

✓ *Aelia albovittata* Fieb.

✓ *Neottiglossa leporina* H-Sch.

✓ " *bifida* Costa. — Haud rara.**

✓ *Galleria pusilla* H-Sch. var. *consimilis* Costa. — Frequens.

✓ *Galleria plataspis* n. sp. — Latiuscule obovata, pallide flavo-testacea, fusco-punctata; thorace posterius, macula antepicali scutelli hemelytrisque incarnatis; scutello latiusculo, basin versus fortius punctato, maculis tribus basalibus, duabus externis majoribus, limboque apicali laevibus, callosis, pallidis, macula antepicali incarnata apice nigro-limbata; maculis parviusculis connexivi nigris; antennarum articulis secundo et tertio longitudine aequalibus. ♀. Long. 5³/₄, Lat. 4 mill.

D. pusillae H-Sch. maxime affinis, statura latiore et brevior structure antennarum bene distincta.

✓ *Galleria bipunctata* Fabr.

✓ *Hysarcoris inconspicuus* H-Sch.

✓ *Staria lunata* Hahn.

✓ *Palomena prasina* L. var. *rhododactyla* Horv. — Varietas etiam in Bulgaria (Chodsa-Balkan) occurrens, a typo differt statura majore et latiore, corpore superne fortius punctato et plerumque sordide olivaceo-viridi, apice scutelli flavo-limbato, ventre ferrugineo-punctato, articulis duobus

* *Psacasta neglecta* H-Sch. marginibus lateralibus anticis thoracis mox pone angulum anticum leviter sinuatis et metastethio vage, area odorifera antem creberrime punctatis dignoscitur.

** *Neottiglossa flavomarginata* Luc. prope Amasiam occurrit.

apicalibus antennarum tarsisque coccineis. — ♂. Angulis lateralibus thoracis fere rectis. Long. $12\frac{1}{2}$, Lat. 7 mill. — ♀. Long. 14, Lat. $8-8\frac{1}{2}$ mill.

An species distincta?

✓ *Carpocoris nigricornis* Fabr.

✓ " *lunatus* Fabr.

✓ *Holycoris baccarum* L. (*Verbasci* De Geer).

✓ *Holycoris varicornis* Jakowl. — Flavescenti-testaceus, parce longe griseo-pilosus, supra sat dense fusco-punctatus, subtus dilute punctulatus; lobo thoracis postico hemelytris rubiginosis; capite apice in rufescentem vergente, ante oculos utrinque nigro-limbato vittisque duabus mediis nigro-punctatis et in lobum anticum thoracis continuatis ornato; marginibus lateralibus anticis thoracis anguste reflexis, totis rectis, laevigatis, vitta intramarginali nigricante, angulis humeralibus rotundatis, ultra basin hemelytrorum nonnihil prominentibus; scutello fortiter nigro-punctato, fere rugoso, apice subtilissime punctulato, macula utrinque in angulis basilibus lineaque mediana pone medium evanescente nec non limbo apicis acutiusculi laevigatis, callosis; limbo costali corii basin versus flavo-testaceo, membrana sordide hyalina; connexivo stramineo, fasciis margines basalem et apicalem segmentorum occupantibus nigris signato; ventre serie mediana macularum nigrarum, ad marginem posticum segmentorum positarum et praeterea utrinque vitta remote nigro-punctata notato; spiraculis, maculis tribus parvis prope coxas nec non macula parva prope medium femorum posteriorum nigris; tibiis apicem versus tarsisque coccineis; antennarum articulo basali rufo-testaceo, articulis secundo et tertio coccineis, illo subtus, hoc prope apicem nigris, articulis duobus apicalibus nigris, basi ima coccineis, articulo secundo tertio tantum $\frac{1}{3}$ longiore. ♀. Long. 10, Lat. $5\frac{1}{2}$ mill.

Mormidea varicornis Jakowl. Trudy Russk. Ent. Obsch. VIII. p. 58. 52. (1876).

Species haec minus cognita, ejus specimen unicum Dom. Merkl. misit, a Dom. Jakowleff e Rossia meridionali (Bogdo) descripta fuit. Praecedenti affinis, minus dense pilosa, statura minore, antennis gracilioribus, harum articulo secundo brevior, scutello fere rugoso-punctato et apice acutiusculo, serie mediana macularum ventris picturaque corporis, pedum et antennarum facillime distinguenda.

✓ *Rhombocoris regularis* H-Sch. — Etiam circa Amasiam nec non in regione montis Ararat et in Caucaso habitat.

✓ *Pentatoma juniperina* L.

✓ *Piezodorus incarnatus* Germ. var. *alliaceus* Germ.

✓ *Blaphigaster grisea* Fabr.

✓ *Strachia ornata* L.

✓ " *decorata* H-Sch.

✓ *Strachia oleracea* L.

✓ *Pinthaeus sanguinipes* Fabr.

✓ *Pieromerus conformis* H-Sch.

✓ *Arma custos* Fabr.

✓ *Jalla dumosa* L.

Fam. COREIDAE.

Centrocoris spiniger Fabr.

" *variegatus* Kolen.

Spathocera lobata H-Sch.

Verlusia rhombea L.

" *sulcicornis* Fabr.

Gonocerus venator Fabr.

" *Juniperi* H-Sch.

Pseudophloeus Wallii H-Sch.

Ceraleptus gracilicornis H-Sch. — Secundum Dom. Stein (Berl. Ent.

Zeitschr. 1858. p. 73.) etiam ad Brussam occurrit.

Loxocnemis dentator Fabr.

Dasycois hirticornis Fabr. *Burm. (hirsutus* Fieb.) — Descriptio Fabriciana (Ent. syst. IV. p. 131. 17.) et singulariter figura Coquebertiana (Illustr. Ins. I. tab. 10. fig. 8.) *Corei hirticornis* femora postica serrata indicantes, insigniter demonstrant, speciem hanc cum *Coreo hirsuto* Fieb. eandem esse. Femora postica exemplarium omnium speciei hujus pluribus quam tribus spinis majoribus sunt armata, quapropter Fabricius femora haec qua «serrata» et non qua «dentata» (sicut ex. gr. apud Lygaeum *dentatorem* Fabr. Syst. ent. IV. p. 138. 13.*) descripsit. Figura Coquebertiana, quae exemplar typicum Fabricii e Barbaria oriundum delineat, idem affirmat.

Dasycois denticulatus Scop. (*hirticornis* auct., nec Fabr.)

" *Spinolae* Costa.

Strobilotoma typhaecornis Fabr.

Camptopus lateralis Germ.

" *Tragacanthae* Kolen. — Species hucusque tantum in Caucaso lecta.

Stenocephalus agilis Scop.

" *setulosus* Ferr.

" *albipes* Fabr. (*neglectus* H-Sch.)

Therapha Hyoseyami L.

Corizus crassicornis L.

" *maculatus* Fieb.

" *capitatus* Fabr.

* = *Loxocnemis dentator* Fabr.

Corizus parumpunctatus Schill.
Macevethus errans Fabr.
Myrmus miriformis Fall.

Fam. LYGAERIDAE.

Melanospilus venustus H-Sch. — Frequentissimus.
Lygaeus militaris Fabr.

" *equestris* L.

" *Tristami* Dougl. Sc. — Haud rarus.

Lygaeosoma reticulatum H-Sch.

Nysius Senecionis Schill.

Cymus glandicolor Hahn.

" *melanocephalus* Fieb.

Berytus montivagus Fieb.

" *Signoreti* Fieb. (forma brachypt. = *pygmaeus* Leth.)

Megalomerium meridionale Costa. — Specimina tria legit Dom. Pável.

Ischnodemus sabuleti Fall.

Ischnodemus suturalis n. sp. — Anguste elongatus, subparallelus, niger, opacus, griseo-sericeus; thorace lateribus fere parallelis, tantum apice fortius rotundato-angustatis, marginibus antico et postico obsolete angulisque posticis cum hemelytris griseo-testaceis; his rudimentariis, dimidium segmenti dorsalis secundi abdominis vix superantibus, limbo suturali clavi, parte apicali venæ internæ et dimidio interno marginis apicalis corii nigri, membrana minuta, apicem corii haud superante, nigra, late albo-limbata; connexivo fusco-ferrugineo; rostro pedibusque flavo-ferrugineis, femoribus, apice excepto, dilute nigro-piceis. ♀. Long. 5, Lat. 1 mill.

I. sabuleti Fall. similis, thorace brevior, hemelytris rudimentariis brevioribus, dimidio externo corii toto pallido concolore, membrana minore et angulum apicalem corii haud superante, rostro connexivoque ferrugineis diversus.

Ischnodemus Genei Spin. (*Championi* Saund.)

Piocoris erythrocephalus Lep. — Frequens.

Microplax albofasciata Costa.

Metopoplax Origani Kolen. et var. *cingulata* Horv. — Frequens.

Macroplax fasciata H-Sch.

Rhyparochromus praetextatus H-Sch.

Proderus crassicornis Jakowl. ♂ (macropt.) — Species hæc, a Dom. Jakowleff e Caucaso descripta, non solum in Anatolia, sed etiam in insula Corfu habitat.

Plinthisus convexus Fieb.

" *longicollis* Fieb.

Lasiocoris crassicornis Luc. — Feminam unicam hujus speciei hucusque tantum in Algeria et Græcia detectæ misit Dom. Merkl.

Hyalochilus ovalulus Costa.

Trapezonotus agrestis Fall. var. *seductor* Horv. — Articulo primo antennarum, rostro femoribusque in utroque sexu flavo-testaceis, tantum macula parviuscula subapicali postica femorum intermediorum et annulo subapicali femorum posteriorum nigricantibus, interdum obsolete vel nullis; membrana abbreviata, segmentum dorsale sextum abdominis haud tegente. ♀. Long. 5, Lat. 1¾ mill.

Specimina nonnulla ex Anatolia (Brussa) et Transcaucasia (Hamarat) examinavi.*

Pachymerus consors Horv. (= *Microtoma morio* Reut. sec. spec. typ.) — Etiam in Caucaso, in peninsula Tauria et in Græcia occurrit.

Pachymerus quadratus Fabr.

" *Pini* L.

" *vulgaris* Schill.

" *pineti* H-Sch.

Beosus erythropterus Brull. — Haud rarus.

" *luscus* Fabr.

Emblethis Verbasci Fabr.

" *griseus* Wolff (*arenarius* auct.)

Lethæus syriacus n. sp. — Oblongo-ovatus, niger, subopacus, supraeum pectore dense distincteque punctatus, ventre subtilissime punctulato; thorace plano-convexo, fere subquadrato (♂) vel subtransverso (♀), disco antico subtilius punctato, marginibus lateralibus levissime explanatis et subreflexis fere rectis, tantum apice rotundatis; disco clavi per totam longitudinem irregulariter punctato; membrana nigro-fusca, striola transversa obsoleta pone apicem corii pallidior; antennarum articulis secundo et tertio basin versus plus minusve fusco-piceis, articulo quarto, basi excepta, tarsisque flavo-ferrugineis. ♂. ♀. Long. 8—8½, Lat. 2⅓—2½ mill.

Patria: Anatolia (Brussa), Syria (Kaifa), Græcia (Athenæ, Taygetus).

L. cribratissimo Dohrn (dalmatino Horv.) maxime affinis, minor, statura oblonga, thorace paullo longiore, antrosum minus angustato, lateribus minus rotundatis, clavi disco irregulariter punctato, articulo antennarum ultimo tarsisque pallidioribus differt.

Quum species *Rhyparochromi cribratissimi* Dohrn ex insula Cypro descripta sit, speciem hanc Dohrnianam esse censui, alteramve speciem affinem sub nomine *Lethæi dalmatini* descripsi. Sed exemplar typicum *L. cribratissimi* Dohrn collectionis Dom. Reuter

* *Trapezonotus dispar* Stål haud speciem diversam, sed tantum varietatem hujus speciei et formam quasi intermediam inter varietatem supra descriptam et speciem typicam constituit.

examinans convincebar, speciem meam ipsissimam esse. Et quum sic species hæc præstanter in Syria occurrens nomine caruit, eandem nomine a Dom. Reuter in litteris mihi communicato designavi.*

Drymus sylvaticus Fabr.

Eremocoris plebejus Fall. var. *gibbicollis* Horv.

Scolopostethus pictus Schill.

" *decoratus* Hahn (*melanocerus* Thoms.)

Pyrhocoris apterus L.

" *ægyptius* L. — Haud rarus.

Heterogaster affinis H-Sch.

" *Urticæ* Fabr.

Platyplax incermis Ramb. Horv.

Fam. ARADIDAE.

Aradus annulicornis Fabr. Fieb.

" *dilatatus* Duf.

Aneurus laevis Fabr. — Frequentissimus.

Fam. TINGITIDAE.

Dictyonota crassicornis Fall.

Eurycera cornuta Thamb. (*clavicornis* auct.)

" *Teucrii* Host.

Monanthia Cardui L.

" *auriculata* Costa.

" *Wolffii* Fieb.

Fam. HYDROMETRIDAE.

Hydrometra stagnorum L.

Velia rivulorum Fabr. var. *ventralis* Put.

Gerris Costae H-Sch.

Fam. REDUVIIDAE.

Nabis lativentris Boh. — Etiam forma macroptera.

" *ferus* L.

Prostemma guttula Fabr.

Coranus ægyptius Fabr. (*griseus* Rossi.)

" *contrarius* Reut. — Specimina duo hujus speciei e Rossia meridionali (Sarepta) descriptæ, quam etiam in desertis arenosis Hungariae centralis detexi, communicavit Dom. Merkl.

* *Lethæus picipes* H-Sch., ejus diagnosin nuper (Term. Füz. V. p. 40. 5.) publicam reddidi, a Dom. Herrich-Schäffer ut *Pachymerus picipes* (Wanzen. Ins. IX. p. 210.) rite descripta fuit.

Coranus tuberculifer Reut. — Etiam Græciam, Bulgariam, Hungariam et peninsulam Tauricam inhabitat.

Reduvius iracundus Poda.

" *punctiventris* H-Sch.

Callidema lygaeiformis Jakowl. — Species caucasica, cujus marem unicum prope Brussam Dom. Pável legit.

Pirates hybridus Scop.

Pasira dimidiata Fieb. (*basiptera* Stål). — Etiam forma brachyptera: Hemelytris valde abbreviatis, apicem scutelli haud superantibus, abdominis basin subattingentibus et squamulam fusco-testaceam apice versus scutellum oblique truncatam formantibus; lobo postico thoracis minus lato. ♀.

Oncocephalus spec? nympha (verisimiliter *squalidus* Rossi.)

Fam. SALDIDAE.

Salda saltatoria L. — Varietas maculis pallidis hemelytrorum diminutis.

Fam. ACANTHIIDAE.

Anthocoris nemoralis Fabr.

Fam. CAPSIDAE.

Acetropis carinata H-Sch.

Miris laevigatus L.

Lopus albomarginatus Hahn. — Sat frequens.

" *infuscatus* Brull.

Alloeonotus fulvipes Scop. (*distinguendus* H-Sch.) ♀

" *egregius* Fieb. — Teste Dom. Reuter (Berl. Ent. Zeitschr. 1881. p. 190.) etiam in regione Brussæ occurrit.

Calocoris fulvomaculatus De Geer.

" *scarpunctatus* Fabr.

" *fuscensens* Reut. var. α et β.

" *collaris* Fieb. et var. *fuliginosus* Reut.

" *Reuteri* Horv. — Occurrit etiam (var. β) corpore superne rufo-testaceo, tantum litura frontis antice bilobata, callis thoracis, basi scutelli, macula parva in medio marginis apicalis cori apiceque cunei nigris vel nigricantibus. ♀.

Calocoris vandalicus Rossi.

" *angularis* Fieb.

Brachycoleus scriptus Fabr. — Secundum Dom. Reuter (Berl. Ent. Zeitschr. 1881. p. 191.) etiam prope Brussam obvenit.

Brachycoleus Steini Reut. var. γ. — Haud rarus.

Oncognathus binotatus Fabr.